

Descriptionem Politico-Geographicam hic habet. Iohannis & Christiani Thomae Schofferorum carmina de Marchia Brandeb. cum hoc volumine non confundenda.

XVII. *Balthaf. MENCII Historie des Churfürstlich-Brandenburgischen Hauses, Vitembergae, 1598. 8.*

Habet aliqua in vitis principum suae aetatis diligenter annotata.

XVIII. *M. Andreae ENGELII Rerum Marchicarum Breuiarium, kurze Beschreibung der Geschichten, so sich vor und nach Christi Geburt begeben, ad an. 1593. Wittenberg. 1593. 4t.*

Enzelium, cuius vitulo is arat, corrigit quandoque & auget. In fabulis tamen & crudelitate nimia ei non postponendus.

XIX. *Laur. PECCENSTEINII, Historiographi Saxonici, Enarratio historica Marchion. Brandenburg. stirpe Burggrau. Norimberg. ad an. 1590. Ienae, 1597.*

Eruditus scriptor, qui res nostras ex archiuo Saxonico aliquantum adauxit. Breuis tamen. Cuius volumina raro inueniuntur. ()*

XX. *Ioh. LIMNEI libri Vti caput VII. historiam resque Brandenburgicas tractat.*

Iudicium de auctore in hoc argumento in Bibliotheca Scriptorum dedimus. Sed cum is primarium aulae Brandenburgicae administrum egerit: in domesticis rebus singularia plura habet, quae nullibi reperiuntur. Itaque hic loci non paruo nobis elogio is dignus esse videtur.

XXI.

(*) Martini PRAETORII Silesii Marchiados libri duo, inde a Friderico I. an. 1414. vsque ad Iohannem Sigismundum 1580. 4t. Argentorati (a).

(a) Causam libri auctor habet in dedicatione. Scilicet eum datum esse institutioni marchionis Ioh. Georgii, administratoris postulati episcopatus Argentoratensis. Hunc ad virtutem incitasse, propositis exemplis heroum Latii & Graeciae. In quibus cum profecerit, addere se nunc exempla domi nata in familia Brandenburgica, quae ideo instituerit carmine celebrare. Liber ideo Argentorati prodiit, vt intelligant istius episcopatus sacri collegae, quem habeant antistitem administratorem; principem bene eductum & litteris imbutum, atque e familia virtutis & gloriae celeberrima.